



FRANCISZEK DŁONSKI
STUDENT MEDYCINY.

Illustrissime Vir!

Vix tertium annum studens mycologiae
non raro magnis difficultatibus afficior
in fungis determinandis, — quare coactus
sum supplicissime adjumentum in
hac re rogare, et univente magistro meo
Fischerio de' Waldheim praecipue ad
vos has litteras scribere. Velitis beni-
quiter verba mea exaudire. —


Omnes tres fungorum species, quas
exsiccatos his litteris addo, rogaus, ut
illos indulgenter determinetis, exente
aestate circa Varsaviam a me inventi
sunt. — Una species, quae est e *Geastri*
genere, mihi ad *G. striatum* DC aut ad
G. Schmideli Vitt. referenda videtur,

an potius ad *J. Schuieldi* Vitt., nescio.
 Alius fungus, cujus bene expressam
 descriptionem neque apud Friesium,
 neque apud Winterum, neque apud
 Cooke aliosque invenire potui, est
 ut mihi videtur, *Coprinus*. Repertus
 est a me in finio equino, quod sub
 vitreo campanulo per mensem quiesce-
 bat in sole int' laboratoria botanica
 Celeb. Fischeri. Adde nonnullos caracte-
 ros, qui in exsiccatō fungo difficiliter
 detegi possunt: tenerissimus, non deliquescens,
 pileo mox explanato, 4-8 mm. lato, lamel-
 lis paucis, liberis, distantibus.

Genus tertii fungi mihi prorsus incertum
 est, illud unum non dubium, eum
 ad *Gasteromyces* aut ad *Tuberacos*
 referendum esse. Inventus est a me
 exeunte Septembri in silva frondosa
 prope Varsaviam tam ambiguo situ,

ut pari modo sub- et extra-terranus
 dici posset, crecebat enim inter extractos
 ex humo radices prostrati *Coryli* et
 sectus erat partim humo, ~~tamen non~~ ^{id est}
una ex parte, non tota superficie.

Forma fuit irregulari, magnitudine ut
 demonstrat delineata a nobis figura (vid.
 infra); extus verruculosus, praecipue in apice
 granulato-papillatus, colore ex luteo-
 pallide rosaceo-perricinus, intus colore
 ochraceo-argillaceo, ut etiam in exsiccatō
 fungo cerni potest. Picens fuit
 odoratus, odore forsi simili odori *Tuberis*
 aut *Sclerodermis*.



Spero Vos benigne precibus meis
satisfacturos.

Simplex amicis mycologiae

Franciscus Blonski

P.S. Responsum mittere velitis
litteris adscriptis:

Fr. Blonski

Rue Panska N^o 14 stary.

maison de M. Jasiński

à Varsovie.